

ESERCIZIO 1 ▶ VERBO EO

Traduci le seguenti forme verbali.

a. VOCE DEL VERBO EO	MODO	TEMPO	PERSONA	TRADUZIONE
<i>eunt</i>
<i>ibātis</i>
<i>i</i>
<i>it</i>
<i>ibam</i>
<i>ito</i>
<i>ire</i>
<i>itis</i>
<i>ibāmus</i>

b. tu vai essi andavano
 andranno! io vado
 egli andava noi andiamo
 andate! tu andavi

ESERCIZIO 2 ▶ COMPOSTI DI EO

Traduci le seguenti voci verbali.

- a. *adit – redeunt – transit – exis – inibas – transire – perit – adibamus – abibant – redibant.*
- b. egli ritorna – entra! – essi attraversavano – noi ci avviciniamo – tu vai via – vai via! – essi escono – egli ritornava – voi attraversate – noi ritornavamo.

ESERCIZIO 3 ▶ VERBO EO E COMPOSTI

Traduci le seguenti frasi.

- a. ¹ *Valetudinem tuam cura diligenter, amice: adi ad medicum certis temporibus*¹. ² *Navis it, dum (= «finché») venti secundi flant.* ³ *In aspèro proelio multi milites peribant.* ⁴ *Milites in proelium redire nolebant.* ⁵ *Noli exire, in via multa pericula sunt.* ⁶ *Dic mihi: unde venis et quo is?* ⁷ *Milites per hostium fines transibant.* ⁸ *Multitudo civium laetorum consuli victori obviam it*².
1. *Certum tempus*, «periodo determinato», «intervallo regolare». 2. L'espressione *obviam ire* + dativo significa «andare incontro a».
- b. ² I soldati di Pompeo si avvicinano all'accampamento di Cesare. ² L'imperatore Tiberio muore a Capri. ³ I cittadini uscivano di casa e si recavano (usa *adeo*) nel foro. ⁴ Le truppe di Cesare attraversavano il territorio degli Edui. ⁵ Conviene (*convēnit*) ritornare subito a Roma. ⁶ Il luogotenente ordina al centurione: «Esci dall'accampamento, vai dal comandante e chiedi aiuto!».

ESERCIZIO 4 ▶ III DECLINAZIONE: NEUTRI IN -E, -AL, -AR; PARTICOLARITÀ

Declina i seguenti sostantivi e le seguenti coppie di sostantivi.

Rete, retis, la rete – *mare et mons*, il mare e la montagna – *iter et via*, il viaggio e la strada – *altare et sacerdos* (*sacerdōtis*, m.), l'altare e il sacerdote.



ESERCIZIO 5 ▶ III DECLINAZIONE: SOSTANTIVI APPARTENENTI AL I, II E III MODELLO

Completa, come da esempi, il seguente schema scrivendo per ciascun sostantivo i casi richiesti.

SOSTANTIVO	ABLATIVO SINGOLARE	NOMINATIVO PLURALE	GENITIVO PLURALE
<i>pars, partis, f., parte</i>
<i>foedus, foederis, n., patto</i>
<i>mos, moris, m., costume</i>
<i>aetas, aetatis, f., età</i>
<i>calcar, calcaris, n., calcare</i>
<i>flumen, fluminis, n., fiume</i>
<i>collis, collis, m., colle</i>
<i>urbs, urbis, f., città</i>
<i>sidus, sideris, n., stella</i>
<i>cor, cordis, n., cuore</i>
<i>vectigal, vectigalis, n., tributo</i>
<i>labor, laboris, m., fatica</i>

ESERCIZIO 6 ▶ SOSTANTIVI DELLA III DECLINAZIONE: III MODELLO

Traduci le seguenti frasi.

- a. ¹ *Animalia in tribus (= «tre») locis sunt: in caelo, in aqua, in terra.* ² *Venatores animalium ferorum vestigia investigant.* ³ *In regis conclavi sedilia marmorea et splendida lacunaria erant.* ⁴ *Canes, ovillum custodes, lupos repellunt.* ⁵ *Multa animalium genera hominibus utilia (= «utili») sunt.* ⁶ *Magno cum gaudio pastores ovilia ovium plena spectant.* ⁷ *Homo animal est ratione et voce praeditum.* ⁸ *Magnum vectigal parsimonia est.* ⁹ *Gallinae sua cubilia nidosque construunt.* ¹⁰ *Animalia dentibus cibum capessunt.*

1. L'agg. *praeditus, a, um* («fornito di») è costruito con l'ablativo strumentale di abbondanza. 2. *Vectigal* è usato qui col significato di «rendita», «guadagno».

- b. ¹ Le donne e le ragazze amano i bei monili. ² I cavalieri incitano i cavalli con gli speroni. ³ I cacciatori non temono gli animali feroci. ⁴ I marinai temono i mari tempestosi (usa *procellosus, a, um*). ⁵ I pescatori sono tristi per le reti vuote. ⁶ Le guardie conducono il reo in tribunale. ⁷ Il sacerdote si avvicinava all'altare per il sacrificio. ⁸ Le spiagge dei mari che (*quae*) circondano l'Italia sono famose per la loro bellezza.

ESERCIZIO 7 ▶ PARTICOLARITÀ DELLA III DECLINAZIONE; SIGNIFICATI DI ITER E DI VIS

Traduci le seguenti frasi.

- a. ¹ *Alpes moenia Italiae dicuntur.* ² *Senectus vires corporis non animi debilitat.* ³ *Romae Iovis aedes in Capitolio erat.* ⁴ *Audi, Iuppiter, civium preces et hostes a patriae finibus arce!* ⁵ *Iter expeditum est: si eā (= «per di là») itis, tuti eritis (= «sarete»).* ⁶ *Iter gloriae semper arduum est.* ⁷ *Antiqui poetae Iovem deorum hominumque patrem appellabant.* ⁸ *Pompeius cum legionibus suis in Hispaniam magnis itineribus contendit.* ⁹ *Hieme ob magnam nivium copiam itinera per Alpes impedita (= «impraticabili») sunt.* ¹⁰ *Lacedaemonii Athenarum moenia delere volebant.* ¹¹ *Post longum iter Caesar in finibus hostium castra ponit.* ¹² *Gallorum equites vim contra Romanorum exploratores faciunt.* ¹³ *Multi greges ovium, multa equorum boumque armenta ibi erant.* ¹⁴ *Voluptas consistit (= «ha sede») in iecore.* ¹⁵ *Marcellus consul urbem Syracusas vi expugnat.* ¹⁶ *Cicero suarum orationum vi maximus (= «il più grande») antiquorum oratorum putatur.*

- b. ¹ Gli Elvezi ritenevano angusto il loro territorio in rapporto (*pro + abl.*) al loro numero e alle loro ricchezze. ² Giove, che (*qui*) era ritenuto padre degli dèi e degli uomini, risiedeva sull'Olimpo. ³ Il vento con grande forza spingeva la nave in alto mare. ⁴ La strage dei buoi del dio Sole è causa di sventure ai compagni di Ulisse. ⁵ Di Achille viene celebrata la forza, di Ulisse l'astuzia. ⁶ Molti uomini soffrono (usa *laboro*) di fegato. ⁷ Anticamente i viaggi sia per terra che per mare erano pericolosi. ⁸ Ai vecchi mancano (*desunt*) le energie della giovinezza.



ESERCIZIO 8 ▶ DETERMINAZIONI DI LUOGO; PREPOSIZIONI NELLE DETERMINAZIONI DI LUOGO E DI TEMPO; FUNZIONE ATTRIBUTIVA E PREDICATIVA DEGLI AGGETTIVI INDICANTI TEMPO E LUOGO

Traduci le seguenti frasi.

- a. ¹ *Pompeiis opulentorum conclavium reliquias vidēre possūmus.* ² *In bello milītum disciplina et ducum peritia multum valent.* ³ *Romani consules per unum annum imperium gerebant.* ⁴ *Bello Punico secundo Hannibālis equites ad Romae portas pervenērunt* (= «giunsero»). ⁵ *Ab adolescentia ad senectutem Cicero philosophiam coluit* (= «coltivò»). ⁶ *Divitiarum cupiditas saepe homines ad scelus impellit.* ⁷ *Persae Atticam vastant et sub Athenarum moenia perveniunt.* ⁸ *Non solum in bello sed etiam in pace ducum inertia perniciosa civitati est.* ⁹ *Ante lucem consul copias ex castris edūcit et in campo* (= «pianura») *sub colle instruit.* ¹⁰ *Sub vespērum pastores de montibus descendunt ac greges in ovilia redūgunt.* ¹¹ *Multas per horas milites nostri cum Germanis acriter pugnant.* ¹² *Romanorum imperium terra marique patebat.* ¹³ *Amicitiam inter populos semper colere debemus.* ¹⁴ *Imperator Vespasianus super cenam multa transigebat* (= «trattava molti affari»). ¹⁵ *Primo vere Caesar in Britanniam transit.*
- b. ¹ Nell'isola di Creta c'era il Labirinto. ² Il comandante pone l'accampamento in un luogo idoneo ai piedi del monte. ³ I Greci mandavano coloni a Marsiglia. ⁴ L'imperatore Tiberio visse (*vixit*) a Capri. ⁵ Le pecore fuggono dai lupi e si rifugiano negli ovili o tra gli alberi nella selva. ⁶ All'inizio dell'estate i Romani intraprendevano i viaggi. ⁷ Dopo la sanguinosa battaglia del Trasimeno i soldati o sedevano per terra o si aggiravano (usa *deambūlo, as, are*) davanti alle porte dell'accampamento. ⁸ La Germania è al centro dell'Europa. ⁹ Dalla città di Roma incominciavano molte vie attraverso l'Italia e l'Europa. ¹⁰ Sempre a Roma in pace e in guerra vigevano le leggi.

ESERCIZIO 9 ▶ PREPOSIZIONI DI USO COMUNE

Completa le seguenti frasi traducendo opportunamente le espressioni sottolineate.

- Clara est pugna*
Famosa è la battaglia di Salamina (*Salamina, ae, f.*).
- *adversam fortunam ferte!*
Sopportate senza lacrime (*lacrima, ae, f.*) la sorte avversa.
- Britannia* *est.*
La Britannia è di fronte alla Gallia (*Gallia, ae, f.*).
- *novam terram invenietis.*
Oltre il mare (*mare, is, n.*) troverete una nuova terra.
- Romae* *duo consules erant.*
A Roma al posto di un solo (*unus, a, um*) re (*rex, regis, m.*) c'erano due consoli.
- *semper auxilium inveniam.*
Presso i miei amici (*amicus, i, m.*) troverò sempre aiuto.
- Raro homines* *cauti sunt.*
Di rado gli uomini sono guardinghi nei confronti della sorte (*fortuna, ae, f.*).
- Romani cives*, *Gallorum ducem,* *pugnabant.*
I cittadini romani combattevano contro Brenno (*Brennus, i*), capo dei Galli, in difesa della libertà (*libertas, atis, f.*).

Versioni

VERSIONE 1 Un viaggio da Atene a Roma

Una nave salpa dal Pireo, il porto di Atene, e dopo una lunga navigazione giunge a Ostia, il porto di Roma.

*Navis, et vectorum¹ et mercium plena, e Piraeo, Athenarum portu², exit: vectores oculos adi-
ciunt³ in mirum Athenae deae templum, – Graecā linguā Parthenon (= «Partenone») dicitur
– quod (nom. = «che») splendet in urbis arce, quae (nom. = «che») Acropōlis (= «Acròpoli»)*



appellatur. Celeriter navis ventis secundis in altum mare ducitur. Post aliquot (= «alcune») horas sol occidit et nox in caelum sidera fert, quae (nom. = «che») nautis viam ostendunt. Iam navis laevā⁴ Cythēram, insulam Veneri deae sacra, relinquit, dextrā Taenārum promunturium, qua (= «per dove») iter ad Infēros est. Cum navis in Mare Ionium intrat, vectores litōra Italiae vident et salutant. Navigatio usque⁵ ad Siciliam tranquilla est, sed fretum Siculum, inter Scyllam et Carybdim⁶, horrida monstra, ventorum vi agitur. Denique gubernatoris peritiā navis in mare Tyrrhenum pervenit et vectores, longo itinere fessi, magno cum gaudio Latii litōra vident. Tandem navis ex alto mari in Ostiae portum² inicit; vectores de navi descendunt et Neptuno, aquarum mariumque regi, atque Iovi, hominum deorumque patri, sacrificium praebent.

1. Vector, ōris (m.) = «passeggero» (da veho = «trasportare»). 2. Portus, us (IV decl.) = «porto». 3. Oculos adicere = «volgere lo sguardo». 4. Laevā (sott. parte) ... dextrā = «a sinistra» ... «a destra». 5. Usque ad + acc. = «fino a...». 6. Scilla e Cariddi, due pericolosi scogli nello stretto di Messina, erano rappresentati come mostri.

VERSIONE 2 Teseo libera gli Ateniesi dal tributo a Minosse

Il mitografo Igino (I sec. d.C.) narra come l'eroe ateniese Teseo sia riuscito a liberare i suoi concittadini dal crudele tributo imposto loro dal re di Creta, Minosse, e ad uccidere il Minotauro, il mostro con il corpo di uomo e la testa di toro, figlio di Minosse e di Pasifae.

Androgēus (= «Androgeo»), filius Minōis¹, Cretae regis, quia multa certamina in Athenarum ludis vicerat (= «aveva vinto»), dolo ab Atheniensibus iratis necatus erat (= «era stato ucciso»). Tum Minos, quia filii mortem vindicare volebat, Atheniensibus bellum movet et post victoriam nefarium tributum eis (= «a loro») imponit: quotannis Athenarum incolae septem (= «sette») iuvenes septemque virgines in insulam Cretam mittere debebant. Cum Cretam perveniebant, miseri iuvenes a Minōe rege in Labyrintho claudebantur, ubi a Minotauro, monstro horrendo, vorabantur. Tum Thesēus, filius Aegei, Athenarum regis, cum paucis sed animosis comitibus Athenis solvit et Cretam contendit, ubi Ariadna, Minōis filia, amore erga Thesēum impulsus (= «spinta»), rectum iter per Labyrinthum ei (= «a lui», «gli») ostendit atque licii glomus donat. Thesēus, glomus evolvens (= «srotolando»), in Labyrinthum inicit, Minotauri conclave invenit, monstrum necat et, licium revolvendo (= «riavvolgendo»), exitum² reperit. Itaque Thesēus Athenienses a nefario tributo liberat et cum Ariadna comitibusque victor in patriam redit.

1. Minōis: genitivo di Minos = «Minosse». 2. Exitum è l'accusativo di exitus, us (IV decl.), «uscita», «via d'uscita».

VERSIONE 3 I soldati di Cesare

Cesare riuscì a conquistare la Gallia e a vincere Pompeo per la disciplina, il valore e la fedeltà dei suoi soldati.

Caesar mirā prudentiā magnāque sollertiā bellum contra Gallos administravit (= «condusse»). Locorum naturam per exploratores cognoscebat, castra opportune muniebat, praesidia stationesque disponebat, milites severā disciplinā regebat. In proeliis exemplo verbisque militum animos confirmabat et, cum pedites propter pugnae diuturnitatem fessi erant, milites integros in eorum auxilium in aciem (= «campo») immittebat. Caesaris milites magnam animi vim ostendebant, belli labores facile ferebant, ducis voluntati semper obtemperabant. Veterani tirōnum, imperitorum militum, temeritatem continebant et in periculis commilitones incitabant atque defendebant. Caesari centuriones, ob eorum magnam in pugnis virtutem, admōdum cari erant. Caesar, cum ad hostes appropinquabat, exploratores equitesque praemittebat, postea ipse (= «egli stesso») legiones expeditas ducebat. Cum dux pugnae signum dabat, primum (avv.) equites in hostes irrumpebant, deinde sagittarii funditoresque tela coniciebant, postremo pedites in proelium inibant et cum hostibus proelium committebant.